 mine uiro post uos: et ad omnē animā in-  
 uētē que est uobiscum tam in uolu-  
 crib; quā in iumentis et pecudibus  
 terre canticis que egressa sunt de ar-  
 cha et uniuersis bestijs terre. Statuā  
 pactū meū uobiscum. et nequaquam  
 ultra interficietur omnis caro aquis  
 diluuij. neq; erit deinceps diluumū  
 dissipans terram. Dixitq; d̄s. Hoc signū

federis qd' do inter me et uos. et ad omnē animam uiuentē quē est uobiscum in generatione sempiternal. Arcum meum ponam in nubibus. et erit signum federis inter me et inter terram. Cumq; obduxero nubibus celum. apparebit arcus meus in nubibus et recordabor federis mei uobiscū. et cum omni anima uiuente quē carnem uegetat. et non erit ultra aquę diluuij ad delendam universam carnem. Eritq; arcus meus in nubibus. et uidebo illum et recordabor federis mei sempiterni. quod pactum est inter dñm et inter omnē animā uiuentem. uiuere carnis quē est sup terram. Dixitq; d's ad noe. Hoc erit signum federis. quod constitui inter me et omnem carnem sup terram. ¶ Grant igitur filij noe qui egressi sunt de archa: sem. cham. et iapheth. Porro cham: ipse est pater chanaām. Tres isti sūt filij noe. et ab his disseminatū est omne hominū genus sup universam terram. Cepitq; noe uiragrica exercere terram. Et plantauit vineam. bibensq; uinum inebriat⁹ est. et nudatus in tabernaculo suo. Quod cum uidisset cham pater chanaān uerenda scilicet patris sui. esse. nudata. nunciauit duob; frībus suis foras. At uero sem. et iapheth palium imposuerunt humeris suis. et incidentes retrorsum opuerūt uerenda patris sui. Faciesq; eorum auerse erant. et patris sui uirilia n̄ uiderunt. Euigilans autē noe ex uno cum didicisset quē fecerat ei filius suus minor: ait. Maledictus

¶

¶

chanaan. Seruus seruorum erit frībus suis. Dixitq; Benedictus dñs d's sem: sit chanaān seruus eius. Dilatet d's iapheth. et habitet in tabernaculis sem: sicq; chanaān seruus eius. ¶ Vixit autē noe post diluvium: trecentis quinquaginta annis. Et impleti sunt om̄s dies eius nongētorum quinquaginta annorū. et mortuus est. Hęc generationes filiorum noe: sem. cham. et iapheth. Natiq; sūt as filij post diluvium. Filij iapheth: gomer. et magog. et madal. jafan. et thubal. et masoch. et thiras. Porro filij gomer. ascenez. et risaz. et thogorma. Filij autē jafan: helisa. et tharsis. cethim. et dodanim. Ab his diuīse sunt insule gentiū in regionibus suis: unusquisq; scđm linguā et familiis in nationib; suis. Filij autē cham: chus. et mesraim. et suth. et chanaan. Filij chus: saba. et qula. et sabatha. regma. et sabathaca. Filij regma: saba. et dadam. Porro chus: genuit nemrod. Ipse cepit esse potens in terra: et erat robustus uenator coram deo. Ab hoc exiuit pro uerbū: quasi nemrod robustus uenator coram dño. Fuit autē principium regni eius. babilon. et arach. et archad. et chalamme: in terra senaar. De terra illa egressus est assur. et edificauit nimuen. et plateas ciuitatis. et chale. Resen quoq; inter nimuen et chale: hec est ciuitas magna. At uero mesraim genuit ludim. et ananim. et laabim. neptunim et phetrusim. et cessium. De quibus egressi sunt philistim. et capturim. Canaan autem genuit sidonem

¶

primogenitū suum. ethēū. et iebusēum. et amorreum. gegerseum. eueum. et arachēum. sineum. et aradiū. samaritēn. et amatheum.  
**E**t post hēc disseminati sunt populi chananeorū: factiq; sunt termini chanaan uenientib; a sydōne geraram usq; gazam: donec ingrediāris sodomam et gomoram. et adamā et soboim usq; lesam.  
**H**i⁹ filij cham. in cognitionib; et linguis et generationib; terrisq; et gentib; suis. De sem quoq; natū sc̄ patre omnium filiorū heber frē iapheth maiore. Filij sem. aelam et assur. et arfaxat. et lud. et aram. Filij aram: us et ul et geter. et mes. At u arfaxat genuit sale: de quo natus est heber. Natiq; sunt heber filij duo. nomen uni phaleg eo qđ in dieb; eius diuisa sit terra: et nomen fr̄is eius iectan. Qui iectan genuit **xxxvii** helmodad et saleph. et asarmoth. iare. et ad iram. et uzaldecla. et ebal. et abimahel. saba. et ophir. et etula. et jobab. Om̄s isti filij iectan. Et facta est habitatio eorū demessa per gentib; usq; sephar montē orientalem. Isti filij sem: scđm cognationes et linguas et regiones in gentib; suis. **H**ec familię noe: iuxta poplos et nationes suas. Ab his diuisę sunt gentes in terra post diluvium. Erat autē terra labij unius: et sermonū corundem. Cumq; proficierentur de oriente inuenierūt campum in terra sennāar et habauerunt in eo. Dixitq; alter ad prium suum. Venite faciamus lateres: et coquamus eos igni. Habue-

runtq; lateres pro saxis: et bitumen per cemento. Et dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatē et turrem cui culmen pertingat ad celū. et celebre mus nomen nr̄m anteqm̄ diuidatur in uniuersas terras. Descendit autē dñs ut uideret ciuitatem et turrem: quam edificabant filij adā. Et dixit. Ecce unus est popl̄s et unū labium om̄ib;. Cepuntq; hoc facere nec desistent a cognitionib; suis. donec eas ope compleant. Venite igitur descendamus et confundam̄ ibi linguā eorum: ut n̄ audiat uī quisq; uocem proximi sui. Atq; ita divisit eos dñs ex illo loco in uniuersas terras: et cessauerunt edificare ciuitatem. Et icarto uocatū est nomen eius babel: quia ibi confusum est labium uniuersę terre. et inde dissipit eos dñs sup faciem cunctarum regionū. Hęc generationes sem. Sem centum erat annoū quando genuit arfaxad: biennio post diluvium. Vixitq; sem postquam genuit arfaxad: quingentis annis. et genuit filios et filias. Porro arfaxad uixit triginta quinq; annis. et genuit sale. Vixitq; arfaxat postquam genuit sale trecentis trib; annis: et genuit filios et filias. Sale quoq; uixit triginta annis: et genuit heber. Vixitq; sale postqm̄ genuit heber quadringentis trib; annis: et genuit filios et filias. Vixit autem heber triginta quatuor annis: et genuit phaleg. Et uixit heber postqm̄ genuit phaleg. quatringentis tringinta annis: et genuit filios et filias. Vixit quoq; phaleg tringinta

annis: et genuit reu. Vixit autem phaleg postquam genuit reu ducens nouem annis: et genuit filios et filias. Vixit autem reu triginta duobus annis: et genuit saruch. Vixit uero reu postquam genuit saruch. ducentis septem annis: et genuit filios et filias. Vixit uero saruch triginta annis: et genuit nanchor. Vixitq; saruch postquam genuit nanchor ducentis annis: et genuit filios et filias. Vixit autem nanchor uiginti nouem annis: et genuit thare. Vixitq; nanchor postquam genuit thare. centum decimam et nouem annis: et genuit filios et filias. Vixitq; thare septuaginta annis: et genuit abram. et nanchor. et aran. **H**ec sunt generationes thare. Thare genuit abram. et nanchor et aran. Porro aran genuit loth. Mor tuusq; est aran ante thare patrem suum: in terra nativitatis sue in ur chaldeorum. Duxerunt autem abram et nanchor uxores. Nomen uxoris abram sarai: et nomen uxoris nanchor melchephilia aran patris melchephili et patris ieschephili. Erat autem sara sterilis: nec habebat liberos. Tulerit itaq; thare abram filium suum. et loth filium aran filij sui et sarai nurum suum uxorē abram filij sui: et eduxit eos de ur chaldeorū. ut iret in terrā chanaan. Ceneruntq; usq; aran: et habitauerunt ibi. Et facti sunt dies thare ducentorū quinq; annorū: et mortuus est. in aran. **D**ixit autem dñs ad abram. Egressere de terra tua et de cognatione tua: et de domo patris tui. et ueni in terram quam monstrabo tibi. Faciamq; te in gen-

tem magnam: et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum. erisq; benedictus. Benedicam benedictib; tibi. et maledicam maledicentibus tibi: atq; in te benedicentur uniuersae cognationes terre. Egressus est itaq; abram sicut precepit ei dñs: et iuit cum eo loth. Septuaginta quinq; annorum erat abram: cum egredieretur de aran. Tuleritq; sarai uxorem suam: et loth filium fr̄is sui. uniuersamq; substantiam quam possederant. et animas quas fecerant in aran. **E**t egressi sunt ut iirent in terram chanaan. Cumq; uenissent in eam per transiuit abram terram usq; ad locū sichē & usq; ad conualem illustrem. Chananeus autem tunc erat in terra. Apparuitq; dñs abram: et dixit ei. Se mim tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare dño: qui appa ruerat ei. Et inde transgrediens ad montem. qui erat contra orientem bethel. tetendit ibi tabernaculum suum: ab occidente habens bethel. et ab oriente ai. Edificauit quoq; ibi altare dño: et inuocauit ibi nōm ei. Perrexitq; abram: uadens et ultra p grediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra. Descenditq; abram in egyp tum. ut pegrinaret ibi. Preuauerat enim fames in terra. Cumq; ipse esset ut ingredieretur in egyp tum: dixit sarai uoxi sue. Noui qd pulchra sis mulier. et quod cum ui derint te egypci: dicuri sunt uxor illius est. et interficiant me. et te reseruabunt. Dic ergo obsecro te quod soror mea sis: ut bene sit michi propter te. et uiuat anima mea ob

grām tui. Cum itaq; ingressus esset abram egyp̄tū: uiderunt egyp̄tij mulierem quod esset pulchra nimis. Et nunciauerunt p̄ncipes pharaoni: et laudauerunt eam apud illum. Et sublata est mulier: in domum pharaonis. Abram uero bene usi sunt ppter illam. Fueruntq; ei oves et boves: et asini et serui. et famulē et camelī. Flagellauit autē dñs pharaonem plagiis maximis et domum ei: ppter sarai uxorem abram. Vocauitq; pharao abram: et dixit ei. Quidnā est quod fecisti michi? Quare non indicasti quod uxor tua esset? Quā ob causam dixisti esse sororem tuā ut tollerem eam michi in uxorem? Nunc igitur ecce coniux tua: accipe eam et uade. Precepitq; pharao sup abram uiris. et deduxerunt eū et uxorem illius: et om̄ia quę ha  
Fxxxii. bebat. Ascendit ergo abram de egyp̄to: ipse et uxor eius. et om̄ia quę habebat. et loth cum eo: ad australē plagam. Erat autē diues ualde: in possessione argenti et auri. Reuersusq; est per iter quo uenerat a meridie in bethel: usq; ad locum ubi p̄ius fixerat tabernaculum. inter bethel et ai. in loco altaris qd' feterat prius. et inuocauit ibi nomen dñi. Sed et loth qui erat cum abram fuerunt greges ouium et armenta et tabernacula nec poterat eos capere terra ut habitarent simul. Erat quippe substancia eorū multa: et non quibant habitare communiter. Vnde et facta est rixa: inter pastores gregū  
Fxxxiii. abram et loth. Eo autem tempore: chananeus et pherezus habitabāt

in illa terra. Dixit ergo abram ad loth. Ne queso sit iugum inter me et te. et inter pastores meos et pastores tuos. Fratres enim sumus. Ecce uniuersa terra coram te est. Recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris. ego dextram te nebo. Si tu dextram elegeris: ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq; loth oclis uidit omnē circa regionē iordanis: quę uniuersa irrigabātur antequā subuerteret dñs sodomam et gomorram. sicut paradysus dñi. et sicut egyp̄tus uementib; in segor. Elegitq; sibi loth regionem circa iordanen: et recessit ab oriente. Diuisiq; sc̄ alterutru a frē suo. Abram habitauit in terra chanaā & loth moratus est in oppidis quę erant circa iordanē. habitauitq; loth in sodomis. Homines autē sodomitę. pessimi erant. et peccatores coram dño nimis. Dixitq; dñs ad abram. postqm̄ diuisus est loth ab eo. Leua oclos tuos: et uide a loco in quo nunc es. ad aquilonem et meridiem. ad orientem et occidentem. Om̄nem terram quam conspicias tibi dabo et semini tuo usq; in sempiternum. Faciamq; semen tuum: sicut puluerem terrę. Siquis hominum posset numerare puluerem: semen quoq; tuum numerare poterit. Surge et p̄ambula terram in longitudine et latitudine sua: quia tibi datum sum eam. Mouens igitur abram tabernaculum suum uenit et habitauit iuxta conuallem mambre qd' est in bebron. Edificauitq; ibi altare dño. Factum est autē in illo tempore: ut amraphel rex sennaār et arioth rex ponti. et chordorlahomor

Cxxii.

Cxxiii.

et tertio decimo recesserunt ab eo. Iḡit anno quartodecimo uenit chodorla homor et reges qui erant cum eo. per cesseruntq; raphael in astaroth carniam et zuzim cum eis. et enim in saue cariathaim et chorreos in montib; scir usq; ad campestria pharan: que est in solitudine. Reuersiq; sunt et uenerunt ad fontem mesphat ipsa est cades. et pcesserunt omnē regionem amalechitarum: et amoreum. qui habitabat in asason thamar. Et egressi sunt rex sodomorum et rex gomorre. rexq; adamē. et rex sebom. necnon et rex bale que est segor: et direxerunt aciem contra eos in ualle silvestri. scilicet aduersum chodorlabomor regem elamitarum. et thadal regem gentium. et amraphel regem semnaār. et arioch regē ponti. quatuor reges aduersū qnq;. Vallis enī silvestris. habebat puteos multos. bituminis. Itaq; rex sodomorum et rex gomorre terga uerterūt: cecideruntq; ibi. Et qui remanserāt: fugerunt ad montem. Tulerunt autē omnē substantiam sodomorū et gomorre. et uniuersa que ad cibum pertinet et abierunt. necnon et loth et substantiam eius filium fr̄is abrahā qui habitabat in sodomis. Et ecce unus qui euaserat nunciauit abrahā hebreo: qui habitabat in conuallem mambre amorrei fr̄is helchol et fr̄is aner. h̄ij enī pipigerant sedus cū abrahā. Quod cum audisset abrahā captum uidelicet loth fr̄em suum numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decem et octo: et psecutus est eos usq; dan. Et diuisis socijs irruit sup eos

nocte: pcessitq; eos et psecutus est usq; hoba que est ad leuam damasci. Reduxitq; omnem substantiā. et loth fr̄em suum cum substantia illius: mulieres quoq; et poplin. Egressus est autem rex sodomorū in occursum eius postq; reuersus est a cede chodorla homor et regum qui cum eo erant in ualle sabē que est uallis regis. At uero melchisedech rex salem proferē panem et uinum. erat enī sacerdos dei altissimi: benedixit ei et ait. Benedictus abrahā deo excelsō qui creauit d's celum et terram. et benedictus d's excelsus quo ptegente hostes in manib; tuis sunt: et dedit ei decimas ex omnib; Dixit autem rex sodomorū ad abrahā. Da michi animas: cetera tolle tibi. Qui respondit ei. Leuo manūm meam ad dñm dñm excelsū: possessorem celi et terre: quod a filo subteminis usq; ad corrigiam caligē non accipiam ex om̄ib; que tua sunt. ne dicas ego dītaui abrahā: exceptis his que comederunt iuuenes et parib; virorum. qui fuerunt metū aner: et escol. et mamre isti accipient partes suas. **H**is ita transactis: factus est sermo dñi ad abrahā per uisionē dicens. noli timere abrahā. Ego protector tuus sum: et merces tua magna nimis. **D**ixitq; abrahā. Dñe d's quid dabis michi: Ego uadām absq; liberis. et filius pcuratoris domus mea: iste damascus eliezer. Addiditq; abrahā. Michi autē non dedisti semen: et ecce uernaculus m̄s erit heres m̄s. Statimq; sermo dñi factus est ad eū: dicens. Non erit hic heres tuus. sed qui egredietur de utero tuo ipsum

xxv

habebis heredem. Eduxitq; eum foras:  
 et ait illi. Suspice celum: et numera  
 stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit se  
 men tuum. Credidit abram dñs: et  
 reputatum est illi ad iusticiam. Di  
 xitq; ad eum. Ego dñs qui eduxi te  
 de ur chaldeorum: ut darem tibi  
 terram istam. et possideres eam. At  
 ille ait. Oñe dñs unde scire possum.  
 qd' possessurus sim eam? Et respon  
 dens dñs. Sume inquit michi uac  
 cam triennem. et capram trimam.  
 et arietem annorū trium. turturē  
 quoq; et columbam. Qui tollens  
 uniuersa hēc. diuisit eā p̄ mediū et  
 utrasq; partes contra se altrinsec⁹ po  
 suit. Aues autem non diuisit. Des  
 cenderuntq; uolucres sup cadaue  
 ra. et abiebat eas abram. Cumq; sol  
 occumberet sopor irruit sup abrā:  
 et horror magnus et tenebrosus  
 in uasit eum. Dicitq; est ad eum.  
 Scito prenoscens quod peregrinū  
 futurum sit semen tuum in terra  
 non sua: et subiaceat eos seruituti.  
 et affligent quadringentis annis.  
 Aeruntamen gentem cui seruitū fī:  
 ego iudicabo. Et post hēc egredien  
 tur cum magna substantia. Tu au  
 tem ibis ad patres tuos: in pace sepul  
 tus in senectute bona. Generatione  
 autē quarta reuertentur buc. Nec  
 non enim complete sunt iniquita  
 tes amorreorum usq; ad presens te  
 pus. Cum ergo occubuisse sol: facta  
 est caligo tenebrosa et apparuit di  
 banus fumans et lampas ignis tran  
 siens inter diuisiones illas. In die il  
 lo pepigit dñs cum abram fedus di  
 cens. Semini tuo dabo terram hanc

a fluuiio egyp̄ti usq; ad fluuiū magnū eufra  
 ten. Cinecos et cinezeos. cedmoneos.  
 et etheos. et pherezeos. raphaim qq;  
 et amorreos. et chanaaneos. et gege  
 eos et lebuscos. Igitur sarai uxor a  
 bram non genuerat liberos: sed ha  
 bens ancillam egyp̄tiam nomine a  
 gar. Dixit marito suo. Ecce cōclusit  
 me dñs ne parerem. Ingredere ad an  
 cillam meam. si forte saltum ex illa  
 suscipiam filios. Cumq; ille adqui  
 euisset depretanti. tulit agar egyp̄  
 tiā ancillam suam post annos de  
 cem quam habitare ceperant inter  
 ra chanaan: et dedit eam viro suo  
 uxorem. Qui ingressus est ad eam.  
 At illa concepisse se uidens: despexit  
 dñam suam. Dixitq; sarai ad abram.  
 Imq; agis contra me. Ego dedi ancil  
 lam meam in simu tuo: que uidēs  
 quod concepit despettui me ha  
 bet. Iudicet dñs: inter me et te.  
 Et respondens abram. ecce ait an  
 cilla tua in manu tua est. Vtere  
 ea ut libet. Affligente igit̄ eam sa  
 rai: fugam iniſt. Cumq; inuenisset  
 illam angls dñi iuxta fontē aque  
 in solitudine qui est in uia sur in  
 deserto: dixit ad illam. Agar ancilla  
 sarai unde uenis aut quo uadis?  
 Que respondit. Afacie sarai dñe  
 me fugio. Dixitq; angls dñi ei. Re  
 uertere ad dñam tuam: et humili  
 liare sub manu ipsius. Et rursū.  
 Multiplicans multiplicabo semen  
 tuum: et non numerabitur pre  
 multitudine. Ac deinceps. Ecce in  
 quic concipies et paries filiū: et uo  
 cabis nomen eius ismabel eo quod  
 audierit dñs afflictionem tuam.

xxvi.

Hic erit serus homo. Manus ei contra omnes: et manus omnium contra eum. Et e regione universorum firmorum suorum: sicut tabernacula. Uocauit autem nomen domini qui loquebatur ad eam: tu deus qui uidi me. Dixit enim. Prostato hic uidi posteriora uidentis me. Propterea appellauit putoeum illum: putoeum uiuentis et uidentis me. Ipse est inter cades et barad. Perpetq; agar abram filium: qui uocauit nomen eius ismael. Octoginta et sex annorum erat: quando pepit ei agar ismaelem. xxxviii.

Cxxii. **P**ostquam uero nonaginta et nouem annorum esse ceperat. apparuit ei dominus dixitq; ad eum. Ego dominus omnipotens. Ambula coram me et esto perfectus: ponamque fedus meum inter me et te: et multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit abram pronus in faciem. Dixitq; ei deus. Ego sum: et pactum meum tecum. Erisque pater multarum gentium. Nec ultius uocabitur nomen tuum abram: sed uocaberis abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamque te crescere uehementer sime et ponam in gentibus: regesque ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me et te. et inter semen tuum post te in generationibus suis federe sempiterno: ut sim deus tuus et semini tuo post te. Daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis tue. omnemque terram cha naan in possessionem eternam: eroque deus eorum. Dixit iterum deus ad abraham. Et tu ergo custodies pactum meum: et semen tuum post te

in generationibus suis. Hoc est pactum quod obseruabitis inter me et uos: et semen tuum post te. Circumcidet ex uobis omne masculinum et circumcidet carnem preputij urin: ut sit in signum fidei inter me et uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis: omne masculinum in generationibus; urinis. tam uernaculus quam empuetus. circumcidetur: et quicunque non fuerit de stirpe uirginis. eritque pacatum meum in carne uirginis in fedus eternum. Masculus cuius preputium caro circumcisus non fuerit debitum anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoque dominus ad abraham. Sarai uxorem tuam non uocabis sarai: sed saram. Et benedicam ei: et ex illa dabo tibi filium. cui benedicturus sum. Erisque in nationes. et reges populorum orientis ex eo. Cecidit abraham in faciem: et risit dicens in corde suo. Putasne centenario nascetur filius. et sara nonagenaria pariet. Dixitq; ad dominum. Utinam ismael uiuat coram te. Et ait deus ad abraham. Sara uxor tua pariet tibi filium: uocabisque nomen eius isaac. Et constituam pactum meum illi in fedus sempiternum: et semini eius post eum. Super ismael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei. et augebo et multiplicabo eum ualde. Duodecim duces generabit: et faciam illum in gentem magnam. Pactum uero meum statuam ad isaac: quem pariet tibi sara tempore isto in anno altero. Cumque finitus esset sermo loquenter cum eo: ascendit deus ab abrahā.

Tulit autem abraham ismabelem filium suum et omnes uernaculos domus sue universosque; quos emerat cunctos mares ex omnibus; uiris domus sue. et circumcidit carnem preputij eorum statim in ipso die. sicut preceperat ei dominus Abraham nonaginta nouem erat annorum. quando circumcidit carnem preputij sui: et ismael filius eius. tredecim annos impleurerat temporum circumcisiois sue. Eadem die circumcisus est abraham et ismael filius eius. et omnes uiri domus eius tam uernaculi quam eputij. et alienigenae pariter circumciduntur sunt. **A**pparuit autem ei dominus in conualle / in ambre. sedenti in ostio tabernaculi sui: in ipso seruore die. Cumque eleuasset oculos: apparuerunt ei tres uiri stantes propter eum. Quos cum uidisset cieurrerunt in octurom de ostio tabernaculi. et ad orauit in terra et dixit. Domine si in ueni gloriam in oculis tuis ne transeras seruum tuum: sed afferam pauculum aqua et lauentur pedes uiri et requiescat sub arbore. Ponamusque bucellam panis: et confortetur cor uirum Postea transibitis. Icaro enim dedinastis ad seruum uirum. Qui dixerunt. Fac ut loquitus es. Festina ut abraham in tabernaculum ad sararam: dixitque ei. Accelerat tria sata simile: commisce et fac subaneriios panes. Ipse uero ad armentum cieurrerunt. et tulit inde uitulum tenerimum et optimum deditque puero. Qui festinauit: et coxit illum. Tuleratque butirum et lac et uitulum quem coixerat. et posuit coram eis. Ipse u

25

stabat iuxta eos: sub arbore. Cumque comedisset: dixerunt ad eum. Vbi est sara uxor tua? Ille respondit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuerteris ueniam ad te tempore isto uita comite: et habebit filium sara uxor tua. Quo auditu sara: risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes pueri etatis: et desierant sara fieri muliebria. Que risit occulte dicens. Postquam consenui et dominus misericordia est uoluptati opam dabo? Dixit autem dominus ad abraham. Que risit uxor tua sara dicens. num uero paritura sum annus? Numquid deo est quicquid difficile? Iuxta conductum reuerterat ad te hoc eodem tempore uita comite: et et habebit sara filium. Negauit sara dicens. non risi: timore perterrita. Dominus autem non est inquit ita: sed risisti. Cum ergo surrexissemus inde uiri: direxerunt oculos contra sodomiam et gomorram. et abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitque dominus. Num celare potero abraham que gesturus sum. cum futurus sit in gente magnam ac robustissimam. et benedicendem sunt in eo omnes nationes terre? Scio enim quod precepturus sit filius tuus et domini sue post se ut custodiatur uiam domini. et faciant iusticiam et iudicium ut adducat dominus propter abraham omnia que locutus est ad eum. Dixitque dominus. Clamor sodomorum et gomorrei multiplicatus est: et petratum eorum ad grauatum est nimis. Descendam et uidebo utrum clamore qui uenit ad me ope compleuerint. an non est ita: ut sciam. Conuerteruntque;

se inde uiri: et abierunt sodomam. Exxx  
**A**braham uero adhuc stabat corā  
dño. Et appropinquans ait. Num  
quid perdes iustum cum impi?  
Si fuerint quinquaginta iusti in  
ciuitate pibunt simul. et non par-  
ces loco illi ppter quinquaginta iu-  
stos si fuerint in eo: Absit a te ut rē  
hanc facias et occidas iustum cum  
impi: fiatq; iustum sicut impius.  
Non est hoc tuum. Qui iudicas om-  
nem terram: nequaqm facies iudi-  
cium. Dixitq; dñs ad eum. Si inue-  
nero sodomis quinquaginta iusto  
in medio ciuitatis. dimittam om-  
ni loco ppter eos. Respondens abra-  
ham: ait. Quia semel c̄epi loquar  
ad dñm meum: cum sim puluis et  
cini. Quid si minus quinquagin-  
ta iustis quinq; fuerint. delebis  
pter quinq; uniuersam urbem:  
Et ait. Non delebo: si inuenero ibi  
quadraginta quinq; Rursumq;  
loquitus est ad eum. Sin autē qua-  
draginta inueni fuerint quid fa-  
cies? Ait. Non p̄cutiam ppter q̄  
draginta. Ne queso inquit indi-  
gnaris dñe: si loquar: Quid si in-  
ueni fuerint ibi triginta? Re-  
pondit. Non faciam si inuenero  
ibi triginta. Quia semel ait c̄epi:  
loquar ad dñm meum. Quid si in-  
ueni fuerint ibi uiginti? Ait.  
Non interficiam ppter uiginti.  
Obsecro inquit ne irascaris dñe:  
si loquar adhuc semel. Quid si in-  
ueni fuerint ibi decem? Dixit.  
Non delebo ppter decem. Abiit do-  
minus postquam cessauit loqui  
ad abraham: et ille reuersus est

in locum suum. **V**eneruntq; duo xxix.  
angeli sodomam uespere: sedente  
loth in forib; ciuitatis. Qui cum ui-  
disset eos. surrexit et uit obuiam  
illis. et adorauit p̄nus in terram: et  
dixit. Obsecro dñm declinate in do-  
num pueri urī: et manete ibi. La-  
uate pedes uestrros. et mane pfici-  
mini in viam urām. Qui dixerūt.  
Minime. sed in platea manebimus.  
Compulit illos oppido ut diuerte-  
rent ad eum. Ingressisq; domū illi  
fecit coniuvium: coxit azima et co-  
mederunt. Prius autē quam irent  
cubitum uiri ciuitatis uallauerūt  
domū simul à puero usq; ad senem:  
omnis popl̄s. Vocaueruntq; loth: et  
dixerunt ei. Ubi sunt uiri qui intro-  
ierunt ad te nocte? Educ illos huc:  
ut cognoscamus eos. Egressus ad eos  
loth post tergum accidens ostiū:  
ait. Nolite queso fratres mei. noli-  
te hoc malum facere. Habeo duas  
filias: quę necdum cognouerunt  
uirum. Educām ad uos eas. et ab-  
utimini eis sicut uobis placuerit:  
dum modo uiris istis nichil facia-  
tis mali. quia ingressi sunt sub um-  
bra culminis mei. At illi dixerunt.  
Recede illuc. Et rursum inquirunt.  
Ingressus es ut aduenia. nunquid ut  
iudices? Te ergo ipsum. magis quā  
hos affligemus. Vimq; facebant loth:  
uehementissime. Iam ppe erat ut in-  
frigerent fores: et etce miserunt  
manum uiri et introduxerunt ad  
se loth. claueruntq; ostium. et eos  
qui erant fores pauserunt certitate  
ā minimo usq; ad maximū: ita ut  
ostium inuenire non possent. Oi-

xerunt autem ad loth. Si habes hic quē  
 piā tuorum generum. aut filios aut  
 filias: omnes qui tu sunt educ de  
 urbe hac. Delebitus enim locū istū:  
 eo quod increuerit clamor eorum  
 coram dñō: qui misit nos ut p̄dam  
 illos. Egressus itaq; loth loquitus est  
 ad generos suos qui accepturi erant  
 filias eius: et dixit. Surgite egredi  
 mihi de loco isto: quia debet dñs  
 ciuitatem hanc. Et uisus est eis: q̄ si  
 ludens loqui. Cumq; essent mane:  
 cogebant eum anglī dicentes. Surge  
 et tolle uxorem tuam. et duas filias  
 quas habes: ne et tu pariter pereas  
 in scelere ciuitatis. Dissimulante illo  
 apprehenderunt manum eius. et  
 manum uxoris ei. ac duarū filiarū  
 eius: eo quod parteret dñs illi. Et edu  
 xerunt eum: posueruntq; extra ciui  
 tatem. Ibi loquuntur sunt ad eum: di  
 centes. Salua animam tuam. Noli  
 respicere post tergum. nec stes in om  
 ni circa regione: sed in monte saliu  
 te fac. ne et tu simul pereas. Dixitq;  
 loth. ad eos. Queso dñe mi quia in  
 uenit seruus tuus grām coram te:  
 et magnificasti misericordiam tuam qm̄  
 fecisti mecum. ut saluares animam  
 meam: nec possum in monte salua  
 ri. ne forte apprehendat me malum  
 et moriar. Est ciuitas hec iuxta ad  
 quā possum fugere. parua et salua  
 bor in ea. Nunquid non modica est  
 et uiuet anima mea? Dixitq; ad eum.  
 Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas:  
 ut non subuertam urbem pro qua  
 loquitus es. Festina et saluare ibi:  
 qui non potero facere quicqm̄. do  
 net ingrediari illuc. Itero uocatū

est nomen urbis illius segor. Sol egrē  
 sus est sup terram: et loth ingressus  
 est segor. Itetur dñs pluit sup sodō  
 mam et gomoram sulphur et ignē  
 adnō de celo. et subuertit ciuitates  
 has. et omnem circa regionē. uiuer  
 os habitatores urbium. et cuncta ter  
 re uiuentia. Respiciensq; uxor ei post  
 se: uersa est in statuam salis. Abrahā  
 autem consurgens mane. ubi stete  
 rat prius cum dñō: intutus est so  
 domam et gomoram. et uiuersam  
 terram regionis illius: uiditq; ascen  
 dentem fauillam de terra. quasi for  
 nacis fumum. Cum enim subuerte  
 ret dñs ciuitates regionis illius. recor  
 datus est abrahē: et liberauit loth  
 de subuersione urbium. in quibus  
 habitauerat. Ascenditq; loth de se  
 gor: et mansit in monte. due quoq;  
 filie eius cum eo. Timuerat enim ma  
 nere in segor: et mansit in spelūca  
 ipse et due quoq; filie eius cum eo.  
 Timuerat enim manere in segor: et  
 mansit in spelunca. ipse et due filie  
 eius. Dixitq; maior ad minorē. Pater  
 noster senex est: et nullus uiorū  
 remansit in terra qui possit ingre  
 di ad nos. iuxta morem uiuere  
 terrę. Vem inebriemus eum uino.  
 dormiamusq; cum eo: ut seruare  
 possimus ex patre nrō semen. Dede  
 runt itaq; patri suo bibere uinum  
 nocte illa. Et ingressa est maior:  
 dormiuitq; cum patre. At ille non  
 sensit. nec quando accubuit filia.  
 nec quando surrexit. Altera quoq;  
 die: dixit maior ad minorē. Ecce  
 dormiui beri: cum patre meo. De  
 mus ei bibere uinum etiam hac